



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

[Alia ratio, qua dicatur natus de Spiritu sancto. C]

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

etiam filii gehennæ, non ex illa nati, sed in illam præparati. Cum itaq; de aliquo nascatur aliquid, & non ita vt sit filius: nec rursus omnis qui dicitur filius, de illo sit natus, cuius dicitur filius: profecto modus iste quo natus est Christus de Maria sicut filius, & de spiritu sancto, non sicut filius, insinuat nobis gratiã Dei, qua homo nullis meritis præcedentibus in ipso exordio naturæ suæ quo esse cœpit, verbo Dei copularetur in tantam personæ unitatē, vt idē esset fili⁹ De q; fili⁹ hominis, & fili⁹ hominis qui filius Dei: & sic in naturæ humanæ susceptione, fieret quodammodo ipsa gratia illi homini naturalis, qua nullum possit admittere peccatum. Quæ gratia ideo per Spiritum sanctum est significata, quia ipse propriè sic est Deus, vt sit etiam Dei donum. Per hoc ergo quod de sp. S. esse natiuitas Christi dicitur, quid aliud quã ipsa gratia Dei demonstratur? qua mirabili & ineffabili modo verbo Dei est adiunctus atque connexus, & diuina gratia corporaliter repletus.

Alia ratio, qua dicatur natus de Spiritu sancto. C

Potest etiam dici Christus secundum hominē ideo nat⁹ de Spiritu sancto, quia eū fecit. In quantum enim homo est, & ipse factus est, vt ait Apostolus. Cōceptus ergo & natus de sp. S. esse dicitur, nō quod Spiritus sanctus fuerit virgini pro semine: nō enim de Substantia Spiritus sancti semen partus accepit: sed quia per gratiam Dei, & operationem Spiritus sancti de carne virginis est assumptum, quod verbo est vnitum. Et in Euangelio secundum hanc intelligētiam legitur de Maria, quod inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. Cui⁹ dicti rationē Ambrosius insinuans in secundo lib. de Spiritu sancto, ait, Quod ex aliquo est, aut ex substantia aut ex potestate ei⁹ est. Ex substantia, sicut fili⁹, q; a patre vel ex patre: & sp. sanctus qui à patre & filio procedit. Ex potestate a. sicut ex

*Ioan. 3. &
Ibid. c. 40.
in princip.*

*Aug. c. 37.
ad princip.
in Enchir.
Ca. 41. eius-
dem ad pris-
cipium.*

Galat. 4. 4.

*Matth. 1. ca.
Ambrosius, in fi-
no. Cap. 5. in
tom. 2.*

Deo omnia. Quomodo ergo in utero habuit Maria ex Spiritu sancto? Si quasi ex substantia, ergo sp. in carnē, & ossa cōversus est. Non utique. Si vero quasi ex operatione & potestate eius virgo concepit, quis neget sp. S. dominicę incarnationis auctorem.

Quare Apostolus dicat Christum factum, cum nos eum esse fateamur natum.

*Rom. 1. a.
Ga. 4. a. a.
Glossa ordi.
ad illud Roman. primo
Qui factus.*

*Glossa ordi.
ad eundem
locum.*

*De modo
veniendi di-
uinam &
humanam
naturam in
Christo.*

Sed quæri potest cum nos saluatorem natum profiteamur, cur Apost. eum factum dicat ex semine David: alio loco, factum ex muliere? cum aliud fit fieri, aliud nasci? aliquid ergo significavit hoc dicto. Quia enim non humano semine concreta est caro domini in utero virginis, & corp^o effecta, sed effectu & virtute sp. sancti: ideo Apost. dicit factum, nō natum: Aliud est enim semine admixto, & sanguine coagulato generare: Aliud est nō per mixtionem, sed virtute procreare. possunt enim homines generare filios, sed nō parere. Ecce quare dicit Apostolus factum, & nō natum: ne eius sc. natiuitas, quæ fuit sine virili semine, nostrę similis putaretur, quæ conficitur seminum commixtione. Ideo autem cum sanctum diceret Apost. addidit ex semine David: quia etsi non intercessit semen hominis in conceptione virginis, tamē quia ex ea carne Christus formatus est, quæ constat ex semine, rectē dicitur quia factus est.

**SI PERSONA VEL NATURA PERSONA
nam vel naturam assumpsit, & si natura Dei in-
carnata sit.**

DISTINCT. V.

PRæterea inquiri oportet, cum ex præmissis cōstet verbum Dei carnem, & animā simul assumpsisse in unitatem personę. quid horum potius cōcedendum sit scilicet, quod persona personam, vel natura naturam, vel persona naturam, vel natura